

### III.

# NEOVIDENSIS

Nro. 38. (*Neovidensis* 1808. Nro. 37.)

*Secretum litterarum Commercium Vivos inter  
et vita functos*

Joan. Theophilus Heineccius, — ad quem-  
dam Themidis alumnum.

---

Elysium-Meum.-Die Veneris 20. May. 1808. (Neov. 3. May. 1808.)

---

**N**ova rerum adjuncta novas etiam progig-  
nunt leges; credo verborum meorum sensum  
*studiosus amabilis assequetur*; quapropter hanc  
profero fabulam:

Simia peregre profecta conspicata in via  
selem, adprehensum murem unguibus tenen-  
tem, felis musculum sæpissime elabi sivit,  
mox adprehendit denuo, jactabat sursum,  
velociterque acuminatis suis iterum arripuit  
unguibus, hac ratione misellus sexcenta vitæ  
tormenta sustinenda usque habuit, quo tan-  
dem trucidaretur. —

Sæve! vociferabat simia, sors volebat  
ut imbelle hoc animal in manus tuas per-  
veniat, at an idcirco torqueri a te debet?  
cur uno ictu illud non interimis barbare? ex-  
animas tyranne?

Est illud victima *justitiæ* meæ, reponit sa-  
gax Cattus; in hoc ego horreo Judicis com-  
petentis personam sustineo; qui de his du-  
centis metretarum millibus, quæ hoc loco re-

positæ, granum surripit lege mea morte multatur, modus supplicio adficiendi sunt *formalitates*,

Plena super acuta Juris prudentia Cauti, contemptus simia discedit, ultra viam legens obviam habet *naturam* in forma Herodæ. *Scelus* amaris querelis crudelitatem ei objectat, que cum Catio paulo ante acciderant, querulose depromit, exprobat, expostulat.

Illa querelis mota, bono esto, inquit, cara filia! animo, lex mortis me habet auctorem, at *formalitates* inventores sunt Catti.

Ita se res habuit — assiduo, & diuturno legum Romanarum usu copia *formalitatatum* orta est, adeo; ut hæ plus temporis ad descendendum deposcerent, quam ipsa Jurisprudentia. Studiosus id modi *amabilis* ex Unversitate lare: repetens praxeos æque ignarus fuit, quam imperitus is, qui sacra Themidis nec a limine salutabat; — ei denuo alea subeunda erat, quippe *formularia* ad unguem non custodita Causæ amissionem accersere poterat; quamquam justissima esset; & quam hæ in jure procedentes, quam sæpe diuturnis & longis litibus implicuere? ut eæ reos torserant? — cumque Causa controversa Rabularum ad manus devenisset, quantæ vexæ non exortæ, quanti sumtus, quanta temporis jactura?

Fridericus ille Magnus Borussiae, lites in compendium redigere nitebatur, quamquam pæ longam *Septennalem* controversiam status veret; quævis lites unius anni spatio diri-



menda jubebatur, hoc erat vexarum maximum. Celebris eorum Bellidux consilium dedit ex turba *Processuum*, quoniam multi causam justam continentem amittuntur, multi iniuste adjudicantur, lusum Lotteriæ instituendum esse, quo fiet: ut expensæ parcat, & tempus vexandi imminuat. Nunquam Jurisprudencia magis erat erronea.

Hodierno verum æo datum est in textura Juris reformationem ordiri. Jamjam plures Academiæ *Codicem Napoleonem* versant; ipsa divisio, administratioque ditiorum Germaniarum ex Gallicano Imperio desumitur; Jus Criminale bevitare se commendabit, nec reus delicti diu prius torquebitur, quam moriatur.

Nequaquam tamen *studioso amabili* consilium esse debet, Jus Romanum negligendi, neque sibi persuadere; nullam ex eo redundare utilitatem. In hoc enim legum Codice, ut ita loquar, ratio divina continetur, Dei voluntas rerum ordinis servandi. Excelsum, & grande est Jurisconsulti munus, quanta officiorum moles non ejus incumbat humeris! dignus sane, qui prærogativa inter omnia vitæ genera gaudeat, non quidem eos, quos mercator, aut prædiorum possessor, labores perficit, sibi, suoque solum emolumento faventes; proprietas, salus communis, universalis ordo, tranquillitas, atque humanæ societatis securitas, hæc sunt sanctissima Jura, quæ curam ejus distinent, quare dignum, & justum est, ut in serie publicæ æmulationis is, qui publicam felicitatem promovet, prærogativa

emineat ei, qui personale solum suum curat, quæritque bonum. Ex hoc ipso communiter utilium Officiorum fonte promanat obligatio cujusvis Juris studiosi — ut suam scientiam exacte, & contentiose condiscat. Studiosum Juris solertem, cognitionum quarumvis hauriendarum perquam curiosum, neque, ut sæpe fieri solet, Facultatis in Academia Juridicæ cursum emetiri oportet, demum lares repetens vetus adagium ad publicum, cui admovetur, munus adferre: *Ex Digestis parum potestis, ex Codice scitis modice, & ex Novellis, etis similis asellis* — hac enim ratione facile evenit, ut in captivitatem Barbarorum Algeritanam detrudamur, quemadmodum Monitor de 27. Aprilis exemplum sequens exhibet:

*Algerio die 30. Martii.* Agendi ratio Reguli Algeritani adversus Europæos quotidie violentior evadit. Regulus hic, qui nuper admodum imperium adiit, qui parum adhuc fidei copiarum se credere potest, qui ipse a suo Domino feudi, Imperatore Turcico, Investituram necdum accepit, præterea cruento cum TUNETANO Regulo implicitus bello, hic princeps inter omnes has, qui us jactatur, difficultates, quasvis gentes velut tributarias tractare sibi licere existimat; die 22. h. m. Consulibus Sveciæ, Hollandiæ, Daniæ, sibi munera adferenda esse, significavit; eodem tempore ab AMERICANO Consule 80 Piastrorum millia pro compensatione 9 Algeritanorum per navem Americanam adprehensorum petiit; contendens: ab incolis navis eodem articulo

temporis, quo ea a pyrata Algeritano impetenda fuisset, 9 illos adprehensos undis maris injectos fuisse. Svecicus Consul mox munera dare velle declarabat, die 25 Consules Hollandiæ, Daniæ, & Americæ, ad palatium vocati. Hollandus reponebat: aulæ suæ Mandati litteras se expectare, ante quorum adventum sibi integrum haud esse munera dare, reponebat Regulus, eum, si accepto nuncio, qui in horas expectatur dona non submiserit, cum prolibus catenis vincendum, & ad fodinas damnandum esse. Consul Americanus nondam officiosam declarationem in argumento injuriarum a regulo prætensarum obtinuit, adnotavitque: sibi ante mandatum sui imperantis petitos 80 mille Piastras dependere non licere; at ille reponebat: si intra quatri-duum petitam summam non dependeris, catenis vincieris, nisi 9 Americanos resignare malis ante portam urbis *Bab-Azoun* fune suspendendos; tandem verba fecit Danicus Consul, *Ulricus* Centurio navis, in medium profrens adjuncta Status Danici, navem, qua munera continebantur, ab Anglis adprehensam, atque in fiscum redactam, quod ipsum Anglicanus Algirii legatus & Agens haud inficiatur; quare dilationem petiti sibi poscendam esse. At vero barbarus spreto Charactere, & cultu nomine sui Imperantis loquentis Agentis, intra parietes ædium per satellites adprehendendum, & inter barbaræ multitudinis sibilationes contumeliosas ad mancipiorum ædes deferendum curat -- qui horrendos hos carceres penetrare poterant, conspe-

xere venerandum hunc virum 60 libr. Catenis  
 vinctum animo nihilominus forti, & intrepido,  
 cui una fuit contentio, Conjugem, liberosque  
 adstantibus commendandi, tandem ad propo-  
 sitionem omnium Europæorum Consulum a  
 regulo libertati restitutus est; ubi vinculis so-  
 lutus fuisset, laborans, & opus faciens inter  
 reliqua mancipia repertus est; quanta securi-  
 tas adversus has violentias? omnes Captivi  
 nefanda Cruelitate tractantur, 450 Portugalli  
 mancipiorum domo continentur, aula Ulyssi-  
 ponensis stipendia iis mittere moratur, & re-  
 gulus subsidia vitæ iis dare detrectat, quo fit,  
 ut miseris & inopia cooperti vitam morte a-  
 cerbiter sufferre cogantur; Officiales instat  
 gregariorum faciendis operis adstringuntur,  
 quibus vis patent contumeliis; adjuncta magnæ  
 Neapolitanorum turba æque mancipatus dam-  
 natorum, non minus luctuosa sunt, regulusque  
 qui proxima expeditione Tuneto potius spe  
 tenetur, 3000 Europæos in mancipatum se  
 abducturum sperat, amplo litro redimendos;  
 ex quo quosvis Napoleonis subditos libertati  
 reddere adadum se intellexit, videtur rapinæ  
 systema in omnes tanto acrius stringendi ani-  
 mo pollere.

*Europa australis.*

Ex tempore adventus Principis Asturiæ Ba-  
 jonnam, & rumoris: Carolum quoque Regem  
 ibidem expectari, paginæ Parisinæ usque 29  
 Apr. nihil ultra memorant. Interim gallicani  
 Politici exaggeratas tanto pere querelas de prin-  
 cipe pacis revocant. Probabile est, ait Mo-

gustina Ephemeris, ab Anglis ipsis hostem  
 Anglæ (principem pacis) accusatum: ab eo  
 porro hispanicos, tradeodi, patria cum elati-  
 tis, quos studiose conquisvit thesauris ex-  
 cedendi, ipsam regiam familiam ad capessen-  
 dam fugam permovendi consilium agitatum  
 fuisse; rumores artificiose in vulgus sparsi,  
 occasionem præbuere motibus & tumultibus,  
 quorum effectus erat a filio patrem solio de-  
 turbatum, qui tumultui adhuc palinodæ vi-  
 cem præstare debuere. Conspirationis ultimæ  
 Octobris recens est memoria, quæ providen-  
 tiam & vigilantiam principis pacis effugit,  
 quamque Princeps Austria innoto ad regem  
 & reginam scripto ultro confessus est, postre-  
 ma, quæ successum habuit, solvæ prioris, quæ  
 in irritum cecidit Continuatio fuit.

Quæ, obsecro, emolumentum ratio regi  
 esse poterat Anglorum opem implorandi? qua-  
 lem potestatem, quam eorum sub præsidio  
 auctoritatem adipisci poterat? Cur principi  
 pacis cum fortune in fuga valus quærenda  
 fuisset, quæ ex affectu ad 5. 600. milliones  
 æstimatæ, & quam securitatem cum suis opi-  
 bus apud Britannos quærere, aut reperire po-  
 tuit? opiato: Revolutionem Aranquesianam  
 Anglorum artibus deberi, admodum commu-  
 nis est, & quod Conclave secretum Londi-  
 nense ad hoc tempus in Europa, & Indiis ori-  
 entalibus egit, hanc suspicionem nimio opere  
 adjuvat. Ceterum id inevitabilia sua adju-  
 cta quotidie magis accelerat, omnia in Cor-  
 tiente instrumenta ejus destructa sunt, deuto

xere venerandum hunc virum 60 libr. Catenis  
 vinctum animo nihilominus forti, & intrepido,  
 cui una fuit contentio, Conjugem, liberosque  
 adstantibus commendandi, tandem ad propo-  
 sitionem omnium Europæorum Consulium a  
 regulo libertati restitutus est; ubi vinculis so-  
 lutus fuisset, laborans, & opus faciens inter  
 reliqua mancipia repertus est; quanta securi-  
 tas adversus has violentias? omnes Captivi  
 nefanda Cruelitate tractantur, 450 Portugalli  
 mancipiorum domo continentur, aula Ulyssi-  
 ponensis stipendia iis mittere moratur, & re-  
 gulus subsidia vitæ iis dare detrectat, quo fit,  
 ut miseris & inopia cooperti vitam morte a-  
 cerbiorem sufferre cogantur; Officiales instat  
 gregariorum faciendis operis adstringuntur,  
 quibus vis patent contumeliis; adjuncta magnæ  
 Neapolitanorum turbæ æque mancipatus dam-  
 natorum, non minus lictuosa sunt, regulusque  
 qui proxima expeditione Tuneto potiundi spe-  
 tenetur, 3000 Europæos in mancipatum se sibi  
 abducturum sperat, amplo litro redimendos;  
 ex quo quosvis Napoleonis subditos libertati  
 reddere adactum se intellexit, videtur rapinæ  
 systema in omnes tanto acrius stringendi ani-  
 mo pollere.

*Europa australis.*

Ex tempore adventus Principis Asturiæ Ba-  
 jonnam, & rumoris: Carolum quoque Regem  
 ibidem expectari, paginæ Parisinæ usque 29  
 Apr. nihil ultra memorant. Interim gallicani  
 Politici exaggeratas tanto pere querelas de prin-  
 cipe pacis revocant. Probabile est, ait Mo-

guntina Ephemericis, ab Anglis ipsis hostem Anglæ (principem pacis) accusatum: ab eò porro hispanicos, tradendi, patriæ cum elatione, quos studiosè conquisivit thesauris excedendi, ipsam regiam familiam ad capessendam fugam pernovendi consilium agitatum fuisse; rumores artificiose in vulgus sparsi, occasionem præbuere motibus & tumultibus, quorum effectus erat a filio patrem solio deturbatum, qui tumultui adhuc palinodiæ vicem præstare debuere. Conspirationis ultimæ Octobris recens est memoria, quæ providentiam & vigilantiam principis pacis effugit, quinque Princeps Asturiæ innoto ad regem & reginam scripto ultro confessus est, postrema, quæ successum habuit, solus prioris, quæ in irritum cecidit. Continuatio fuit.

Quæ, obsecro, emolumentum ratio regi esse poterat Anglorum opem implorandi? qualem potestatem, quam eorum sub præsidio auctoritatem adipisci poterat? Cur principi pacis cum fortunis in fuga valis quærenda fuisset, quæ ex affectu ad 5-600 milliones æstimatæ, & quam securitatem cum suis opibus apud Britannos quærere, aut reperire potuit? opiato: Revolutionem Aranquesianam Anglorum artibus deberi, admodum communis est, & quod Conclave secretum Londinense ad hoc tempus in Europa, & Indiis orientalibus egit, hanc suspicionem nimio opere adjuvat. Ceterum id inevitabilia sua adjuncta quotidie magis accelerat, omnia in Cogitante instrumenta ejus destructa sunt, deo

postremo ejus fœderato, qui sortem, quæ omnes hætenus Angliæ manserat, non evitabit. Anglia Sveciæ subsidium 16 navium linealium, & 20000 armatorum promiserat, Finnia Svecica a Russicis copiis occupata est, & necdum auxilia advenere. Anno 1807 Anglia Svecis æque copias & subsidia pecuniaria pollicita est, interea fideli fœderato, ut Pomerania adimatur, permiserat.

Sed dato eo: Britanico Cabineto animum esse fœderato suo in Continente salutem ferendi, prout sæpenumero promiserat, an id perficiendo etiam par foret? an promissis stando esset? quærat ex Domibus Arausionensi, Sardinia, Neapolitana, Brunsvicensi, Bragantina, quid respondebunt? Anglia bella excitat, in quibus gerendis operam non præstat, fœderatos ad ea provocat, & in necessitate eos deserit.

Interim mittantur 16 lineales & 20000 armatorum in Sveciam, quid hæc subsidia efficient adversus potentiam, quæ Svecis obiecta est? quem successum habebunt in regione incolas suos sustentando impare? cui jam de præsentis proxima acerba & desperata fames impendet.

Res grandes ætata nostra in effectum deductæ, æque grandes perfectioni suæ accedunt. Imæ succussiones antiqua Cardinibus suis ejecerunt, bassimque, qua nitebantur, diffiderunt; prospicimus novam temporum rerumque faciem, & hæc digna est, ut ejus usuram aliquarum rerum jactura redimamus, si pretii Caffæ, Zachari & Corticis Peruviani ratio ducatur, ad pretium præteritorum & præsentium metiendum utique omnis nostra admiratio loco inferiore consistet.